

Affumptio quæsiti tamquam concessit, per necessarias consequentias ad certum, & determinatum finem progressi. Hæc equidem definitio nobis securum gressum promittere videtur. Conabimur promissa adimplere ; sed quoniam arduam nimis aggredimur materiam, scopum tetigisse nobis suadere non audemus; suspiciendos potius tantorum virorum, qui de resolucione scripsere veneramus labores, atque fælicioribus ingenij s nostris iudicandos, promovendosque, si forte conducere visi fuerint, relinquimus.

DE FINE ANALYSEOS.

Omnium problematum, quæ proponi possunt, resolutio ita se habet (mirabile dictu) ut evolutis eorum conditionibus, magnitudo incognita, alij magnitudini notæ æqualis tandem appareat, vel tantum necesse sit medium, seu quartum terminum proportionalem, vel duos terminos, quorum summa, aut differentia nota sit, duobus datis terminis reciprocos invenire. Vel, quod in idem recidit : ex quatuor terminis proportionalibus datis extremis, dataque summa, aut differentia medium, singulos exhibere. Quod cum ita sit, hoc problema, quod passim construendum occurrit, in elementis expressum haberi debebat. Sunt

A 2

enim